



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XVII. Donatio ad casam Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

ad commanendum, in pago illo, in  
loco qui dicitur ille, & est ipse man-  
sus per loca designata de latere vno,  
& de fronte terræ illius, & de alio  
latere & fronte terræ illius, tanto ita  
ut ab hac die memorata consobri-  
na mea illa, quicquid de ipso manso  
facere voluerit, ut absq; vniuerscius  
que repetitione, liberam in omni-  
bus habeat potestatem ad facien-  
dum.

XVII. DONATIO AD  
*casam Dei.*

**P**RUDENS consilium baiulat, qui  
pro animæ suæ remedio cogi-  
tat illi Dominum retribuere, & ex-  
inde habere cogitat, & de Dei mi-  
sericordia non dubitat. Idcirco nos  
in Dei nomine ille, & coniux mea  
illa. Admonet nos diuina pietas, &  
Christi misericordia, ut aliquid de  
rebus nostris pro redimenda vltione  
nostro-

nostrorum peccaminum, Domino offerre deberemus, ut in die iudicij misericors dominus, vel in aliquantulum de scelere nostro nobis relaxare dignaretur, donamus compuncto corde & deuoto animo ad basilicam illam, quæ est in honore sancti illius constructa, in loco illo, hoc est rem nostram, in loco nuncupante illo, hoc est in ipsa re mansis ad commanendum, casticiis, superpositis, terris, arabilibus, ut post hunc diem ipsi custodes qui ad ipsum sanctum locum deseruiunt, ipsam rem superius denominatā habeant, teneant atque possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, liberalim & firmissimam habeant potestatem ad faciendum. Et si quis.